

domini ex Israel. Hoc verbo vitur Amos 3
 re: Non facit dominus Deus verbum ,
 nisi reuelauerit secretum suum seruis
 Exec. 39
 suis. Et pro capi, Ezechiel capite trigesimo
 monono: In iniquitate sua capta est do
 mus Israel. Potest verti: In iniquitate
 sua aperta est domus Israelis. Metapho
 ra sumpta a domo, quæ si aperta est, præda
 patet, & direptioni committitur. Vt
 fit sensus: Populus Iudaicus ampliffi
 mis olim virtutum ornamentis locuple
 tatus aperuit ostia vndique hostibus ani
 morum, qui in eum irruentes illum spoli
 arunt, & cuncta quæ in bonis poterant
 numerari, illis abstulerunt. Et quoniam
 verbum hoc Galah significat indicare,
 dicuntur specula Gelonim, quòd in illis
 oppositorum imagines aperte, ac perspicuè
 appareant, atque proferantur, vultusque
 intentum sibiipsis indicentur. Et quoniam
 in Deo animæ sanctæ multa vident,
 appellatur Deus capite septimo
 Sap. 3.
 Sapientiæ speculum sine macula. Melius
 enim mentes separata diuina visione in
 celo fruentes vident solem, & Lunam,
 & reliqua sidera, monumenta manuum
 diuinarum sempiterna, in diuina essen
 tia, quam cum in corporibus versabantur.
 Id voluit diuinus, ac regius vates signifi
 care, cum dicitur psalmo octauo:
 Psal. 8.
 Quoniam videbo cælos tuos opera digito
 rum tuorum, lunam & stellas, quæ tu
 fundasti. Ac si diceret: Cum animus
 meus è corporis vinculis euoluauit, &
 ingente gaudio affectus in sedes illas
 cœlestes, ac pulcherrimas, & splendidis
 simas oras tuas peruenerit, admirabilem
 tui numinis, cæterarumque rerum scienti
 à obtinebit. Tunc enim Deus sancte in
 tebor cælos tuos, altissimum illud domi
 cilium, præclarumque opus manuum tuarum:
 atque lunæ, & stellarum candorem, quæ
 globosæ & rotundæ circulos suos orbes
 que efficiunt celeritate mirabili. Quam
 diu enim animus in terra corpore circun
 funditur, à perfectâ cognitione non tan
 tum numinis tui, sed aliarum etiam rerum
 longè abest, quòd eius acies tenebris
 impedita hæc in ter

ris non valeat perfectè intueri. In hunc
 modum locum hunc interpretatur Gregorius
 Nazianzenus, qui ob admirabilem Theologi
 æ eruditionem fuit ab antiquis Theologis
 nuncupatus. Sed dices: Quare in hoc Psalmo
 faciens Dauid mentionem cœli, lunæ, &
 stellarum, non meminit solis? Nescio equidem:
 sed suspicor Dauidem hoc poema nocte
 condidisse, ac cecinisse, cum esset in solitu
 dine, & rura peragrans in medio campi
 constitisset, vnde cœlum pulcherrimum,
 ac serenissimum, luna & stellis summe
 decoratum intuebatur: quod clarior sperabat
 in Deo speculo purissimo visurum esse.

¶ *Et cogitationes mentis tuæ scires.* Septuaginta
 habent: Vt cogitationes cordis tui scias.
 Pro cogitationibus est in Chaldoeo
 Raheione, à verbo Rahah, quod significat
 cogitare, pacere, continere, affligere, velle,
 amare, coniungere. Hinc Reagh significat
 amicum, voluntatem, cogitationem, vt
 Psalmo 138. Intellexisti cogitationem meam
 de longe. Quod poterat verti: Intellexisti
 voluntatem meam à longè. Hoc est, cum
 adhuc ab opere longè abesset. Illud
 Canticorum quinto: Talis est dilectio
 meus: & ipse est amicus meus, potest
 verti: Et ipse est cogitatio mea, vel
 voluntas mea, vel amor meus, vel passus
 meus. Id enim quod vnicè diligimus,
 solet esse passus animi nostri. Potest
 etiam verti: Et ipse est afflictio mea: nam
 dilectio animo sæpenumero anxietatem
 affert, & dolorem. Illud etiam Ecclesiasti
 capite primo: Ecce omnia vanitas, &
 afflictio spiritus: potest Latine reddi:
 Ecce omnia vanitas, & cogitatio venti.
 Nam pro spiritu in Hebraico est Ruach,
 quod spiritum significat & ventum. Po
 test quoque transferri: Ecce omnia vanitas,
 & passus venti. Hoc est, & cibus inanis,
 & passus vanitatis, qui nec satiat,
 nec sustentat: sed amittitur, & euanescit.
 Ille animus vento palcitur, qui vanitate
 delectatur; ille autem pascitur ventum,
 qui perdit oleum & operam, qui res aggre
 ditur

Nazian.

PL. 138.

Cant. 5.

Eccle. 1.